

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum, Duodecima continens, Regulas III. circa doctrinam Voluntatis Respondente publice Simone Trandorff Lauchensi Thuringo

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Disputationum Philosophicarum,

DUODECIMA.

continens,

REGULAS III.

circa doctrinam.

VOLUNTATIS.

RESPONDENTE

publice

SIMONE Grandorff / Lauchensi,

Thuringo.

REGULA I.

Voluntas non potest cogi,

I.

Tractant hanc Regulam de professo Thomas I. 2. q. VI. a. IV. & ibi, ejus Interpretes, Alii Scholastici verò II. d. XXV. vel IV. d.

XXIX. Est autem cogi hîc, vim sive violentiam pati. Sensus ergò est, voluntati non posse inferri vim; vel, in voluntate non habere locum violentum. Quod non possumus declarare, nisi quibusdam præmissis, quorum primum est, quid sit violentum. Violentum, definiente Aristotele III. *Eth cap I.* est, *cujus principium est extra, nihil conferente, quod agit aut patitur.*

II. Scotus IV. *dist. XXIX. q. unica* illa verba nihil conferente, non negativè, sed contrariè intelligenda esse, ait. Id nimirum vult; ut aliquid violentum dicatur, requiri, ut fiat contra inclinationem vel impetum internum alicujus.

V

III.

Quod si
quem vel
imò insti
in quibus
m, que d
Naturæ ex
cat, hilo

imâ inten
secundariâ
principium
ov, w s
um, & qua
animal. I
in L. IV. d

Polit. c. IV.
e corpora
e: hæc qu
utem recte
m civilem
ria natur
tam pacis
arium, nem
nimos hab
ntentio-

Dispu.

III. Et certè, si violentum id esset, cujus principium est externum, quamvis non adverteretur inclinationi subiecti, modò id nihil conferat, aër lo-
men reciperet per violentiam, quia principium, quò illuminatur, est foris, neque aër ad illuminationem quicquam facit.

IV. Præterea Aristoteles II. ad Eudem. c. VII. & IX. scribit, τὸ βίαιον ἀπάν λυπηρὸν εἶναι, omne violentum dolorem & molestiam afferre, in illis scilicet, quæ nisi cognoscendi prædita sunt. At quod non est contra inclinationem aut voluntatem alicuius, id dolore aut molestiâ ipsum nulla afficit.

V. Idem c. IX. jam cit. hujusmodi proponit definitionem: ὅταν μὲν γὰρ πρὸ ἕξωθεν ὡς δὲ τὸ αὐτὸ ὄρουσιν κινῆσθαι ἢ ἡρεμίζῃ, βία φαμέν. Latina versio ita habet: Quando igitur foris quippiam præter impetum intrinsicum moverit sedaritve, ut id affirmasseveramus. Ubi τὸ ὡς δὲ redditum est præter. At qui id significare etiam contra, notius est, quam exempla adducere oporteat.

VI. Sanè ipse philosophus ibid. c. VII. τὸ ὡς τὴν ἀπαιτουμένην, inquit, πρὸ λυπηρῶν. Ubi iterum Latinus interpretatur ita: Quicquid præter cupiditatem est, id omne dolorem infert. Atqui fallum hoc est. Nam quæ sunt præter cupiditatem, nullæ commovent dolorem, nisi & contra eam stant. τὸ ὡς δὲ igitur hic est contra. Hæc prolixè admodum disputat Vatzquetz l. 2. Tom. I. disp. XXV. c. II.

VII. tamus ea
nim ibi
se ἐναντι
ρισμὸν
tationem
alia inte
que mot
λέγεται
κτ' τὴν ὁ
aut ager
licet ea
Quasi d
faciend
vim ab a
hoc est

IX. luntatis
potest q
velle, n
tur elici
non in
illâ, sed
peratus.
stat imp
sunt ad
men ista
que ad h
tatur, id

VII. Nos huic doctrinæ plurimum favere putamus ea, quæ scribuntur *V. Met. c. V.* Dicitur enim ibi, necessitatem (vim vel violentiam) esse ἐναντίον τῆ κτ' τὴν προαίρεσιν κινῆσαι καὶ τὸ λογισμὸν, *contrariam voluntariis & secundum cogitationem motui*, sicut exposuit Bessarion; vel, ut alia interpretatio habet, *quod voluntatis rationis que motui adversatur.* Et statim τὸ, τὸ γὰρ βίαιον λέγεται ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν τὸ τε, ὅταν μὴ ἐνδέχεται κτ' τὴν ὀρεσὶν ἀπὸ τοῦ βιάζομενον. Nam & per vim aut agere aut pati tunc aliquid dicitur, cum non licet ex propensione propter id, quod vim affert. Quasi dicat: Cum quis propensus est ad aliquid faciendum, id tamen facere prohibetur propter vim ab aliō illatam, tunc violentum id est. Annon hoc est violentum adversari propensioni?

IX. Secundò præmittendum est, actum voluntatis esse duplicem, unus est in ipsâ voluntate, potestque inde dici internus vel immanens, ut, velle, nolle, eligere &c. Tertio vocabulò dicitur elicitus, quod voluntas eum ex se eliciat. Alius non in voluntate est, sed in aliâ potentiâ, nec ab illâ, sed hæc elicitor. Vocatur actus voluntatis imperatus, quia ab aliquâ potentiâ elicitor, ut substat imperio voluntatis, ut: ambulare, verberare, sunt actus à facultate locomotrice eliciti: quia tamen ista facultas in potestate voluntatis est, ab eâque ad hos actus vel operationes à voluntate excitatur, idè dicuntur actus à voluntate imperati.

IX. Tertio præmittendum, in voluntate inclinationem vel impetum internum, cui diximus adversari violentum, vel cujus comparatione dicitur aliquid *βίαιον* vel violentum, duplicem esse: prior est impetus aut inclinatio ipsius facultatis, quatenus est principium actus volendi aut nolendi, quæ inclinatio pertinet ad actum primum, neque actus secundus aut elicited est: posterior est actus secundus, nempe elicited ab ipsâ voluntate, quæ aut vult habere alium aliquem actum, aut ipsum averfatur.

X. Quarto: Sicut contingit, bifariam rei alicui naturali vim adhiberi: *negativè*, ut cum lapis contra propriam inclinationem detinetur, ne descendat; & *positivè*, ut cum lapis sursum agitur. Ita etiam duobus modis intelligi potest, voluntatem cogi: *negativè* scilicet, quando contra internum impetum per externum agens prohibetur alicui actu; & *positivè*, si ab externo agente obtrudatur ipsi aliquis actus.

XI. His præmissis, sequentibus conclusionibus sensum Regulæ exponemus. Conclusio I. *Voluntas potest cogi quoad actus imperatos, tum negativè, tum positivè.* Negativè: quia potest facultas inferior contra voluntatem hominis detineri aut impediri ab externâ causâ, ne operetur, ut si manus alicujus ad percutiendum extensa, alicujus, quem percutere vult, manu, comprehensa cohibeatur.

XII.

tem cogi
ut volun
liarum fa
luntas ne
tatum. ni
eodem re
facultate
perentur
vel elicited
jusmodi
in quibus
potest m
aliquem
tum inte
tem coa
est. C
ptâ que
sicut ha

XIII

actum i
positivè
mois ad
ter elici
asserere
nihil ei
tum.

XIV

statuun

XV

XII. Ut ostendamus, positivè posse voluntatem cogi, sciendum, id bifariam intelligi: primò ut voluntas dicatur cogi ad imperandos actus aliarum facultatum. Et sic falsum est. Nam voluntas non potest imperare actus aliarum facultatum, nisi per actum suum immanentem. Vel, quod eodem recidit, voluntatem imperare actus aliarum facultatum, est, ipsam velle, ut aliarum facultates operentur. Velle autem est actus ejus immanens vel elicitus. At non posse eam cogi ad actus huiusmodi, statim dicitur. Secundò, ut membra, in quibus est facultas inferior, & in quæ derivari potest motus ab imperio voluntatis, recipiant aliquem motum ab agente externo contra impetum internum voluntatis: & hoc modo voluntatem coactui & violentiæ esse obnoxiam, evidens est. Contingit enim, manu tuâ ab alio vi arreptâ quendam percuti, nequidquam te renitente, sicut habet ipse Philosophus *cir. c. IIX.*

XIII. Conclusio II. *Voluntas quoad nullum actum immanentem potest cogi naturaliter, neque positivè, neque negativè.* Non positivè, quia omnis actus, qui in ipsâ voluntate inest, naturaliter elicitur ab ipsa voluntate. Falsum ergò est, asserere, principium ejus esse extra voluntatem, ipsâ nihil eum adjuvante, quod requiritur ad violentum.

XIV. Dixi autem *naturaliter*; quia sunt, qui statuunt, à Deo posse per potentiam suam absol-

Ubi; V. c. V. XLV. XLVI.

lutam actum amoris vel odii alicujus rei voluntati infundi, sine ipsius voluntatis cooperatione. Quod tamen alii fieri posse negant, inter quos est Gabriel Vatzquetz qui h. 2. *Tom. I. disp. IX. c. IV. & V.* contra affirmantem quæstionis partem de professo disputat. Quæ negans sententia si vera est, voluntas ne per potentiam quidem Dei absolutam cogi potest quoad actum in voluntate constitutos, vi eorum, quæ *l. preced.* allata sunt, quæ sic ne per potentiam Dei quidem absolutam in voluntate potest esse actus, qui ab ipsâ non sit elicitus. Sed posito, affirmantem esse veram, & à Deo fieri id posse, quid tunc statuendum?

XV. Gregorius de Valentia *Tom. II. disp. gen. II. q. I. p. 2.* statuit, ne sic quidem voluntatem posse cogi positivè quia quemcumque actum Deus infundat, ille autem revera est actus voluntatis, ita ut voluntas per eum dicatur velle aut nolle, aut non esse revera actus voluntatis. Si posterius, non poterit dici voluntas per eum cogi positivè, quia tantum aliquid cogitur positivè per suum actum, sicut lapidi positivè vis inferitur, si sursum ferri cogatur, qui motus est ipsius lapidis motus. Si prius, necesse est, ut cum voluntate habeat proportionem. (non enim potest voluntas velle aut nolle per huiusmodi actum, cum quod nullam ipsa proportionem habeat) & sic erit jam talis actus secundum voluntatis inclinationem, atque adeo non accidet per ipsi per violentiam.

XVI. Verum ad hoc argumentum non difficile

est respon-
sum à Deo
lentiam
IX. quia
remus il-
nis sive i-
elicti? &
desiderè
desideri-
clinatione
autem E-
coopera-
lutati
Deo infun-
tam volun-
dò violen-
obnoxia-
c. II.

XVII
quum in-
per pote-
possit.

XIIX
quoad
turalite-
dus II. a
volunta-
atè, sed
gument

est respondere, quia eo solum probatur, actum illum à Deo infusum voluntati non inesse per violentiam ratione inclinationis prioris, de qua §. IX. quia illa non adversatur. Sed quid? si consideremus illum actum infusum respectu inclinationis sive imperus posterioris, de quo *cod. §.* nempe elicit? Sit, qui nolit odisse aliquod objectum, vel desideret non habere odiū alicujus objecti, quod desiderium est actus voluntatis elicitus, & sub inclinatione illa posteriori continetur: infundatur autem Deus voluntati ejus odiū illius rei, non cooperante voluntate: hoc odiū infusum voluntati inerit per principium externum, quia à Deo infusum est, contra inclinationē illam elicitam voluntatis. E. inerit voluntati quodammodo violenter, & eā ratione voluntas coactui erit obnoxia. Et ita statuit Vatzquetz *l. cit. q. XXVI. c. II.*

XVII. Verum pluribus ista non persequemur, quum instituti nostri jam non sit, disquirere, quid per potentiam Dei absolutam fieri possit aut non possit.

XIIX. Negativè verò voluntatem cogi posse, quoad actus immanentes vel elicitos, etiam naturaliter, sive à causis naturalibus, sentit Durandus *II. d. XXV. q. IV.* Statuit enim, actus elicitos voluntatis impediri posse, non quidem immediate, sed mediante impedimento intellectus: Argumentum est hujusmodi: Quod potest penitus

tus impedire cognitionem, potest impedire voluntatem ab omni actu suo, quia voluntas non potest ferri, nisi in cognitum, vel non potest vel le aut nolle aliquid, nisi præviâ ejus cognitione. Sed à cognitione penitus impedire nos possunt multæ causæ, etiam naturales, in quibus numerat somnum profundum, epilepsiam, apoplexiam, &c. Et ab omni actu suo voluntatem impedire possunt multæ causæ, etiam naturales.

XIX. Ad hanc rationem nos respondendum putamus, aliud esse, aliquid impediri ab aliqua operatione; aliud, ita impediri, ut id adversetur inclinationi ejus, & sic vis ei inferatur. Cui plura incumbunt negotia, dum operam in unô ponit, impeditur, quò minus alterum quoque tractare possit: nulla tamen hîc est violentia, quod ipse volens unum potius illô tempore curaret, quàm alterum. Non igitur probandum tantum erat, multas causas esse, quæ impediunt voluntatem ab omni actu, sed ostendendum, esse nonnullas, quæ ita impediunt, ut sit adversum inclinationi ejus. Quod sanè in præsentî non contingit. Nam non potest intelligi hîc aliqua inclinatio voluntatis, cujus ratione aliquid voluntati vim inferat, impediendô ipsam ab omni actu nisi illa, quâ voluntas præciso impedimento, vel, quod eodem recidit, seorsim ab impedimento considerata, existat in actu primo, proximo & sufficienti ad eliciendum actum. At

voluntate
nobis o
constit
ti ad eli
lud est
cogniti
ut volu
poterit
elicien

XX

gatur r
tentiâ
jusmo
non ta
sed &
am sua
est ad

XX

mand
clinet
habea
sitque
volun
quem
tant S
Deum
termi
quam
mento

volunt

voluntas præciso impedimento, quod Durandus nobis objicit, vel seorsim ab eò considerata, non constituitur in actu primo, proximo & sufficienti ad eliciendum actum; quia impedimentum illud est negata cognitio objecti. Cum igitur ista cognitio sit aliquid necessariò requisitum ad hoc, ut voluntas actum eliciat, sanè eà privata non poterit esse constituta in actu primò sufficienti ad eliciendum actum.

XX. præterea ut aliqua potentia negativè cogatur respectu alicujus actus, necesse est, in eà potentiã nullam esse inclinationem naturalem ad ejusmodi actus negationem. At in voluntate, non tantùm est inclinatio naturalis ad actus suos, sed & ad negationem eorum, cum sit per essentialiam suam facultas libera, quæ indifferenter affecta est ad operandum, & non operandum.

XXI. Quòd si erga aliquod objectum, v. g. amandum, voluntas ita affecta sit, ut penitus inclinet ad actum, v. g. amandi illud, neque ullam habeat inclinationem ad ommittendum illum, sitque ad eò ommissio ejus contra inclinationem voluntatis, id jam provenit à cognitione objecti: quemadmodum voluntas beatorum, ut disputant Scholastici, ita determinata est ad amandum Deum, ut non possit eum non amare; sed ista determinatio voluntatis provenit à cognitione Dei, quam claram ejus visionem vocant. At in argumento Durandi sermo est de voluntate, ut de

tuta cognitione subjecti, & proinde non ut determinatâ vel inclinâtâ per cognitionem objecti ad actum amandi v.g. cuius omissio sit contra ejus inclinationem. Ex quibus patet, voluntatem non posse cogi negativè per hoc, quod intellectui omnis denegetur cognitio.

XXII. Conferemus rem in pauca: Si voluntas subjecta est violentiæ, quòd destituta objecto cognito non possit elicere actum, id est, contrarium inclinationi ejus aut priori, quæ nimirum est actus primus, aut posteriori, quæ est actus secundus & elicitus. Sed neutrum asseri potest. Non primum, quia voluntas denegato ipsi omni objecto cognito, non est efficienter constituta in actu primo ad eliciendum actum secundum, inclinaturque hoc modo æquè ad ejus negationem, atque ad exercitium. Non secundum: quia voluntas omni objecto cognito destituta nullum habet in se propensionem, quæ sit actus secundus, cum non possit exire in actum secundum, nisi adsit objectum cognitum. Voluntas ergò non est subjecta violentiæ, quòd destituta objecto cognito non possit elicere actum.

XXIII. Disputant Vatzquetz, Gregorius de Valentia & alii ex Scholasticis, voluntatem posse cogi quoad actus elicitos negativè, non quidem naturaliter, sed à Deo, quod is voluntate determinatâ vel inclinâtâ ad amandum aliquod objectum cognitum possit denegare concursum suum

ita

ita ut v
possit e
licujus
amand
sum (fi
perari
ut ita
am. Qu
bimur
cere, c
autem
dinari.

XX
alterâ
tivè ill
test co
um,
non su
gi per
Sed ne
nullum
quò m
tentia
concu
quitu
poten
ad exp
nentu

ita ut voluntas contra suam inclinationem non possit elicere illum actum: ut si Deus voluntati alicujus beati per claram ejus visionem ad ipsam amandum determinatam subtraheret suum concursum (sine quo nullam rem creatam quicquam operari posse, Scholastici, sicut notum est, docent) ut ita Deum non amet contra propensionem suam. Quam quidem in re nos pluribus non immorabimur, utpote quibus cura jam precipue est dispicere, quid fieri voluntati possit naturaliter, non autem per potentiam Dei absolutam & extraordinariam.

XXIV. Hisce autem hactenus ventilatis, pro altera nostrae conclusionis parte, quae vim negativè illatam spectat, argumentamur: Si voluntas potest cogi negativè, sive quoad cohibitionem actuum, aut cogitur supposita cognitione, aut eam non supposita. Posteriori modo non potest cogi per ea, quae disputavimus s. XIX. & seqq. Sed nec priori, quia supposita cognitione subjecti, nullum agens externum potest impedire ipsam, quò minus actum eliciat, prater Deum per potentiam suam absolutam, denegantem suum concursum, sicut conceditur. At conclusio loquitur tantum de iis, quae sunt naturaliter, vel per potentiam Dei, quae vocatur ordinata. Plura, quae ad explicationem hujus Regulæ faciunt, proponuntur Reg. seqq.

RE.

REGULA II.

Coacta voluntas est voluntas.

I. Quod desumunt ex l. 21. §. penult. ff. quod met. caus. & ex cap. merito 15. q. 1.

II. Atqui, inquis, voluntas secundum Reg. preced. non potest cogi. Afferere igitur, voluntatem coactam esse voluntatem, metas rationis transgreditur.

III. Resp. Aliquid cogi vel aliquid alicui per violentiam accidere, bifariam dicitur: *absolute*, & *secundum quid*. *Absolute* vel *simpliciter* cogitur, cui aliquid contingit per violentiam, eo modo quo de violento Reg. preced. fuimus locuti. Coactus *secundum quid* pertinet ad *actūs mixtos*, actiones mixtas, de quibus Aristoteles III. Eth. c. 1. ut si in itinere incidas in latrones, qui mortem intentent, nisi certā pecuniā summā te redemeris.

IV. Quod facile intelliges, si repetiveris ea, in quibus naturam violenti vel coactis absolute consistere Reg. preced. exposuimus. Nempe illud est absolute violentum, cujus principium est externum, ita, ut qui cogitur, nihil conferat, sed potius id adversetur ejus propensione. Jam, ut adducto exemplo rem illustremus, quod numeras latronibus pecuniam, non esse violentum aut coactum simpliciter, inde constat, quod tu ipse eam das. Ergo dacionis istius principium non est externum.

V. est, quod igit.

VI. olentum ternum cipiunt internum quid copium ed eni cupit, dam ip bit Ar

VII. motivum e nition non c merid nihil

IX. re, violentum vel an sit violentum quid. patiam molie

V. Dicis: Omnino principium ejus externum est, quia latro mortem minitendo ad id te adigit.

VI. Respondendum: Ejus, quod absolute violentum est, principium integrum debet esse externum, seu ita externum, ut non interveniat principium quoque internum. Si enim principium internum accedit, jam id, quod vim patitur, aliquid confert. Etsi igitur in presenti datur principium externum, concurrit tamen & internum. In eo enim, qui latronum immanitate expedire se cupit, virtus est, qua movetur manus ad tradendam ipsis pecuniam, Legat, qui vult, ea, quae scribit Aristoteles III. de anim. c. X.

VII. Nonnulli distinguunt inter principium motivum & activum, illud externum; hoc internum esse asserentes. Quicquid sit, integram definitionem ejus, quod absolute violentum dicitur, non convenire illi, de quo jam loquimur, lac meridianum clarius est; cum aperte falsum sit, eum nihil conferre ad traditionem pecuniae.

VIII. Haec igitur argentum latronibus dare, violentum non est; offert tamen se aliquid violentiae, nimirum, quia contra voluntatem tuam vel animi propensionem id facis. Cum ergo non sit violentum absolute, erit violentum secundum quid. Idem asserendum, si ab hostibus capite patiaris, quod videas resistendo, aut fugam moliendo mortem te non evitaturum. De quo omni-

mnibus, in quibus vis externa aliquem ad faciendum aut omittendum aliquid impellit, idem est iudicium.

IX. Ex quibus evidens est, voluntatem posse cogi coactu secundum quid quoad actus imperatos, tum positive, tum negative. Illud prius, hoc posterius exemplum confirmat.

X. Sed nec difficilis operæ est inde demonstrare, posse eam hoc modo cogi quoad actus immanentes & elicitos. Argumentamur hoc modo:

Quicquid repugnat propensioni alicujus, id aliquo modo violentum est, sicut diximus §. VII.

Sed aliqui actus eliciti voluntatis repugnant propensioni ejus.

E. sunt aliquo modo violenti.

Minor probatur: Velle & eligere sunt actus voluntatis eliciti. Atqui in casibus adductis non modo facimus jacturam pecuniæ latronibus eam exhibendo, & hostium potestati nos dedimus; sed utrumque etiam volumus & eligimus præ morte, quæ aliàs subeunda erat; & ita quidem volumus & eligimus, ut id simul adverteretur inclinationi nostræ voluntatis.

XI. Ubi sciendum, medium, v. g. captivitatem aut pecuniæ perditionem, quod volumus aut eligimus ad effugiendum majus malum, ut mortem bifariam considerari, primò, ut est utile ad evitandam mortem, & sic illud appetimus: secundò, ut

in se

in se
plicet,
luntatis

XII.

Regula

stam vo

alium

luntate

XIII.

non est

primò,

ad actu

ri mod

Stus el

Sed ne

lutè ce

lo mod

pro vi

gitur h

tur co

luntas

XIV.

tum, i

simpli

acta, i

c. I. De

simpli

tales p

per vi

in se

lib

in se malum est & molestum, & hâc ratione displicet, ejusque electio adversatur inclinationi voluntatis.

XII. Ex hisce jam non possunt veritas & sensus Regulae non esse perspicua. Quum dicitur, coactam voluntatem, esse voluntatem, sensum nullû alium esse putamus, quàm qui facit aliquid voluntate coacta, cum illud hoc ipsô reverâ velle.

XIII. Quilibet etiam nullô negotiô intelligit, non esse sermonem de coactu absolutô. Nam, primô, aut accipiendû id esset de voluntate quoad actus elicitos aut quoad imperatos. Sed priori modo sumi non potest, quia voluntas quoad actus elicitos, non admittit violentiam absolutam. Sed nec posteriori, quia, quod fit voluntate absolutè coactâ, in id non fertur voluntas, vel id nullo modo volumus, sed toto pectore aversamur, & pro viribus amoliri à nobis contendimus. Falsa igitur hoc sensu planè esset Regula. Voluntas igitur coacta secundum quid, de qua §. III. est voluntas, quod constat ex §. X.

XIV. Sed objicitur I. Quod est simpliciter invitum, id nemo vult. Quod fit voluntate coactâ, simpliciter est invitum. E. quod fit voluntate coacta, id nemo vult. Minor est Aristoteles *III. Eth. c. I.* De actionibus enim mixtis loquens, dicit esse simpliciter & per se invitum. Cumque non sint tales per ignorantiam, sicuti patet, erunt tales per vim.

XV.

XV. Objicitur I. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini, *l. IV ff. de reg. jur.* E. nec qui coactè vel voluntate coactà aliquid facit velle, videtur.

XVI. Respondetur ad I. τὸ ἀπλῶς, simpliciter, bifariam sumitur: primò idem est, quod perfectè, vel denotat summum in aliquo genere, quomodo sumit Aristoteles, quando *l. Post. t. 7.* definit, quid sit scire ἀπλῶς, ubi exponente *Alexandro* τὸ ἀπλῶς est ἔκφυρξ δυλαλικὸν, & denotat scientiam summè perfectam. Secundò, significat separatim vel seorsim aliquid considerari. Quando Aristoteles *loc. cit.* de actionibus mixtis, vel iis, quæ voluntate coactà facimus, loquens, simpliciter invita esse pronunciat, non sumit istam vocem priori significatione. Nam expressè, ait, hæc talia esse magis spontanea, quàm invita. Non ergò vult, esse perfectò & summè invita ita, ut planè expertia sint spontanei. Quod enim summè tale est, ei ut contrarium magis competat, est ex iis, quæ nullo modo fieri possunt: quemadmodum, quod summè calidum est, id tantum abest, ut sit magis frigidum, quàm calidum, ut repugnet, aliquid frigidi habere admistum. Accipit ergò ἀπλῶς in posteriori sensu. Docet enim, actiones, quas mixtas vocat, vel ea, quæ coactè, aut metu majoris mali facimus: (ut cùm navita obortà tépestate; ut naufragii periculū evadat, merces in mare abjicit,) duobus modis considerari: primò in se, & separatim à circumstantiis, vel

vel non
invita esse
citer &
per se, (
præfens
merces.
naturâ,
tiis, quat
merciâ
riculum
tùm, qu
cium jac
stra exp
tium, G
pretem.

XVII.
Velle qu
dè & in
vox nota
bet adm
qui obte
liquid a
luntate,
rii nemp
dum dic
perfecti
quod fri
m

vel non habitâ ratione circumstantiarum, & sic invita esse assentit. Hoc enim est, quod ait, simpliciter & per se esse invita: Simpliciter namque & per se, (quod iterum dicit) hoc est, si non esset præsens naufragii periculum, nemo abjiceret merces. Secundò, ut sunt in reipsâ vel in rerum naturâ, quâ ratione non sunt sine circumstantiis, quarum præcipua in ἐκβολῆ sive projectione mercium est certissimum naufragii vitæque periculum: & sic sunt spontanea. Eliguntur enim tùm, quando aguntur, & mercator mavult mercium jacturam facere, quàm vitæ. Habemus nostræ expositionis subscriptorem ipsum Eustatium, Græcum eumque maximi nominis Interpretem.

XVII. Ad II, respondetur ex mente Cujacii: Velle quis dicitur bifariâ: primò, ultrò, perfectè & integrè; quod dicitur velle ἀπλῶς, ut hæc vox notat id, quod summum est, nihilq; alieni habet admixtum. Et hoc modo velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini, quia aliquid adest involuntarij vel inviti. Secundo, voluntate, quodammodo remissa & aliquid contrarij nempe inviti, habente: quemadmodum calidum dicitur, non tantùm quod calorem summæ perfectionis obtinet, ut ignis sed illud quoque quod frigore temperatum est, ut aqua, quâ lavamur in caldariis. Sed hæc jcturum
judicio relinquimus.

X

RE-

REGULA III.

Qui vult causam, vult quoq; effectum.

Vulgò ita :

Qui vult antecedens, vult etiam consequens.

I. Deducitur ex III. Ethic. V. ubi Aristoteles contra eos, qui homines non voluntariè, sed vitè improbos vel vitiosos esse contendebant, disputans, absurdum esse ait, cum ex actionibus miles habitus nascantur, eum, qui contra, quæ jus est, alios tractare, aut intemperanter vivere non vereatur, injustum aut intemperantem esse nolle. Quod argumentum niti hæc propositione *qui vult causam alicujus effectus, vult ipsum effectum*, res ipsa loquitur, & Interpretes testantur.

II. Accipiendum autem hoc est, ut & alterius illud, *qui vult antecedens, vult etiam consequens* de eò, qui novit, aliquid esse effectum vel consequens alicujus. Quod eò ipsò locò Philosophus apertè docet. Quod si quis velit vel experat aliquid, non necesse est, ut experat id quoque, quod ipsum comitatur aut ex eò prodit, si nesciat id de prodire aut consequi: quemadmodum, qui assensum præbet antecedenti, non potest non sentire consequenti, si intelligat esse consequens. Quod si nesciat illud sequi, fieri potest, ut sublegetur antecedenti, consequens autè non admittat.

III. Verùm ne sic quidem res satis expedita

datur
tempe
matrem
est, qui
piditac

IV.

Arist l
per se, l
entia
BOBO,
dens, si
sunt, p
tà, quã
quotid
trahun
fertur,
tam ali
sta patr
induit.
habitu,

V. A

quoq; q
qui vult
non vi
conseq
esse in o
in carc

VI.

ciajolu
propol

detur. Non pauci enim sunt, qui non ignari intemperantiam gravissimorum morborum esse, matrem, gula tamen penitus sunt dediti; At quis est, qui dicere audeat, eos ipsorum morborum cupiditate quoque teneri?

IV. Respondet Gerhardus Odo *in presentem Arist. loc.* velle nos aliquid, bifariam dici: primo per se, sive ratione sui: quomodo sanitatem, scientiam & similia volumus. Secundò cum aliò bono, quod videtur dici posse velle nos per accidens, sicut incommoda, quæ vitæ huic annexæ sunt, per se nolumus; malimus tamen ea cum vitâ, quàm cum incommodis vitâ ipsâ carere. Qui quotidianis heluationibus morbos scientes contrahunt, eorum appetitus per accidens in morbos fertur, quia nimirum malunt agrotare, quàm vitam aliter instituere. Hoc modo, qui volens injusta patrare consuevit, volens habitu injustitiæ se induit. *Ignorare enim ex actibus circa singularia habitus fieri, hominis valdè insulse est,* ait Aristoteles.

V. Acciajulus, cum illud, *qui vult causam, vult quoque effectum*, amplectatur & explicet, alterum, *qui vult antecedens, vult etiam consequens*, sibi non videri, ait simpliciter esse verum in omnî consequentiâ. Non enim, si argumenteris: *Volo esse in carcere cum ingenti pecunia. Ergo volo esse in carcere, valere.* Sunt verba ejus.

VI. Non dubito, quin ex Burlæo *in comm.* Acciajulus hoc hæuserit. Sed quis est sensus illius propositionis, *volo esse in carcere cū pecuniâ?* An

iste: Si numeratur mihi pecuniâ, volo in carcerem includi? Sed hoc modo antecedens debet esse hoc; *si numeratur mihi pecuniâ, ero in carcere*, id autem, *ero in carcere*, consequens. At res non ita habet. Non enim sequitur: *ero in carcere*, si accipiâ pecuniâ: ergo *ero in carcere*; sicut malè inferres: si leo habet alas, volat; ergo volat. An iste quia accepi pecuniâ, volo esse in carcere? At ista sententia nullâ exhibet instantiam Regulæ. Argumentatio hæc ad ejus præscriptum formata. Volo esse in carcere, quia data mihi est pecuniâ: ergo volo esse in carcere: rectè habet, neq; quicquâ in eâ potest desiderari. Aut est ne hic: Ego, volo esse in carcere instructus pecuniâ? At tunc vel idè valet, quod ego, qui instructus sum pecuniâ, volo esse in carcere, quod si inde inferam: Ergo ego volo esse in carcere, nihil video incomodi: vel idem est, quod, si, vel quia instructus sum pecuniâ, volo esse in carcere: & sic convenit cum secundo & tertio sensu, idemq; subit iudicium. Aut tandè iste: ego volo esse in carcere, & volo pecuniâ? Sed ex hæc ratione rectè inferitur: ergo volo pecuniâ, cum cujuslibet enunciationis copulativæ vera qualibet pars sit vera. Nondum igitur deprehendimus vulgatam regulam *Expositio* Acciajoli, cui similitudinam produxit Burlæus, labefactari. Submissa tamen hæc, ut & alia omnia, aliorum iudicio volumus.

VII. Quod si quis ex me fortassis percontetur, quid differentiæ sit inter has duas Regulas? respondet

spondet
priori.
respectu
consequ
consequ
nem ge
fectus.
quaten
clipsis L
interpo
non est
fa. Uno
vitem:
ex illò:
non tan
effectum
ducere
ctus, sic
IIX.
receden
dò mor
jugii co
dò anic
est; qu
denis a
de ante
esse, ut
latione

DI

spon

spondendum putem, posteriorem esse latiore
 priore, & plura complecti, quia omnis effectus
 respectu causæ est consequens, sed non omne
 consequens est effectus. Genus enim est speciei
 consequens, (cùm à positione speciei ad positio-
 nem generis valeat consequentia) non tamen ef-
 fectus. Est quoque causa consequens effectus,
 quatenus est ejus causa. Sequitur enim: Est e-
 clipfis Lunæ; ergò est inter Lunam & Solem terra
 interposita, quæ est causa *οκλειψεως*. Causa verò
 non est effectus sui effectus, quatenus est ejus cau-
 sa. Unde si argumenter: vult ducere uxorem di-
 vitem: Ergò vult ducere uxorem; argumentor
 ex illò: *qui vult antecedens, vult etiam consequens;*
 non tamen ex istò: *qui vult causam, vult quoque*
effectum, cùm vò ducere uxorem sit consequens &
 ducere uxorem divitem, nec tamen sit ejus effe-
 ctus, sicut patet.

IX. Ubi nota, cùm duobus modis dicantur an-
 tecedens & consequens: primò, tempore, quò mo-
 dò morbus intemperantiæ, variæ molestiæ con-
 jugii consequens sunt; secundò, illatione, quò mo-
 dò animal hominis, uxor uxoris divitis cõsequens
 est; quando argumentamur à voluntate antec-
 edentis ad voluntatẽ consequentis, nonnunquàm
 de antecedente & consequente tempore sermonẽ
 esse, ut §. III. & IV. nonnunquàm de illis, quæ il-
 latione talia sunt, ut §. *prec.* Et tantùm de hisce.

FINIS

DISPUTATIONUM ET REGULARUM PAR-
 TIS PRIMÆ.

Dispr.